Magistri Petri Lombardi
Arch. Episc. Parisiensis

Sententiarum Quatuor Libri

LIBER PRIMUS SENTENTIARUM.
DE DEI UNITATE ET TRINITATE
DISTINCTIO V.
Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 107-110.
Cum Notitiis Editorum Quaracchi

Master Peter Lombard
Archbishop of Paris

The Four Books of Sentences

THE FIRST BOOK OF THE SENTENCES
ON THE UNITY AND TRINITY OF GOD
DISTINCTION 5
Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 107-110.
Notes by the Quaracchi Editors.

Cap. I.

Utrum divina essentia genuerit Filium, vel genita sit a Patre, vel de ipsa natus sit Filius, vel Spiritus sanctus processerit.

Post haec quaeritur, utrum concedendum sit, quod Pater genuit[1] divinam essentiam, vel quod divina essentia genuit Filium, vel essentia genuit essentiam, an omnino non genuit nec genita est divina essentia.

Ad quod catholicis tractatoribus consentientes dicimus, quod nec Pater genuit, nec divina essentia genuit[2] essentiam. Hic autem nomine essentiae intelligimus divinam naturam, quae communis est tribus personis et tota in singulis. Ideo non est dicendum, quod Pater genuit divinam essentiam; quia si Pater diceretur genuisse divinam essentiam, essentia divina relative diceretur ad Patrem vel pro relativo poneretur. Si autem relative diceretur vel pro relativo poneretur, non indicaret essentiam. Ut enim ait Augustinus in quinto libro de Trinitate:[3] « Quod relative dicitur, non indicat substantiam ».

Item, cum Deus Pater sit divina essentia, si eius esset genitor, esset utique genitor eius rei, quae ipse est; et ita eadem res se ipsam

Chapter I

Whether the Divine Essence begot the Son, and/or has been begotten by the Father, and/or (whether) the Son has been born from It, and/or the Holy Spirit has proceeded (from It).

After this there is asked, whether it must be conceded, that the Father begot[1] the Divine Essence, and/or that the Divine Essence begot the Son, and/or the Essence begot the Essence, or whether the Divine Essence entirely did not beget nor has been begotten.

To which consenting with catholic authors [tractatoribus] we say, that neither did the Father beget, nor did the Divine Essence beget the[2] Essence. Moreover here by the name of essence we understand the Divine Nature, which is common to the Three Persons and is whole in each of them [in singulis]. For that reason there must not be said, that the Father begot the Divine Essence; because if the Father were said to have begotten the Divine Essence, the Divine Essence would be said in a manner relative to [relative ad] the Father and/or would be put in place of a relative. Moreover if it would be said in a manner relative (to) and/or (if) it would be put in place of a relative, it would not indicate the Essence. For as (St.) Augustine says in the fifth book On the Trinity:[3] « What is said in a relative manner, does not indicate a substance ».

Likewise, since God the Father is the Divine Essence, if He was Its begetter, He would certainly [utique] be the begetter of that

genuisset, quod Augustinus negat, ut supra[4] ostendimus.

Thing, which He is; and thus the same Thing would have begotten Its very self, which (St.) Augustine denies, as we have shown above.[4]

Item, si Pater est genitor essentiae divinae, cum ipse essentia divina sit et Deus sit, eo ergo[5] quod generat, et est et Deus est. Ita ergo non illud quod generatur, est a Patre Deus, sed Pater eo quod generat, et est et Deus est. Et si ita est, non genito gignens, sed gignenti genitus[6] causa est, ut et sit et Deus sit. Simili ratione probat Augustinus in libro septimo de Trinitate,[7] « quod Pater non est sapiens sapientia, quam genuit, quia si ea sapiens est, ea est; hoc enim est ibi esse quod sapere. Quodsi hoc est ibi esse quod sapere, non per illam sapientiam, quam genuit, sapiens Pater est. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus: hoc illi est esse quod sapere, nisi, eo est quo sapiens est? Ergo quae causa illi est, ut sapiens sit, etiam ipsa illi causa est, ut sit. Si ergo sapientia, quam genuit, illi causa est, ut sapiens sit, et causa illi est, ut sit. Sed causam Patri, qua sit, a Patre genitam, nullo modo quisquam dixerit sapientiam; quid enim est insanius? Ita ergo, si Pater genuit essentiam, qua est, essentia, quam genuit, causa est illi, ut sit ». Non ergo ipsam, qua[8] est, essentiam genuit. « Nam in illa simplicitate, inquit Augustinus,[9] quia non est aliud sapere quam esse, eadem est ibi sapientia quae essentia »; ideoque quod de sapientia, hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam, qua sapiens est, ita nec essentiam, qua est. Ut enim sapientia sapiens est et potentia potens, ita et essentia ipse est, eademque est sapientia et potentia, quae essentia. Patet itaque ex praedictis, quia[10] Pater essentiam divinam non genuit.

Likewise, if the Father is the begetter of the Divine Essence, since He by the Divine Essence is and is God, therefore[5] by that which He generates, He both is and is God. Thus, therefore, not that which is generated, is God by [a] the Father, but the Father by that which He generates, both is and is God. And if He is thus, the one begetting (is) not (the cause) for the begotten, but rather the begotten[6] is the cause for the one begetting, to both be and be God. By a similar reason (St.) Augustine proves (this) in the seventh book <u>On the Trinity</u>,[7] « that the Father is not wise by the Wisdom, which He has begotten, because if He is wise by That, He is by That; for There there is a "to be" for the reason that there is a "to know" [eo . . . quod sapere]. Whereas if There there is a "to be" for the reason that there is a "to know", (then) not through that Wisdom, which He has begotten, is the Father wise. For what other do we say, when we say: in That [illi] there is a "to be" for the reason that there is a "to know", except, He is by that by which He is wise? Therefore the cause which is for That [illi], to be wise, is also the cause itself for That, to be. If, therefore, the Wisdom, which He has begotten, is the cause for That, to be wise, It is also the cause of That, to be. But in no manner has anyone said that the cause for the Father, by which He is, (is) the Wisdom begotten by the Father; for what is more insane? Thus, therefore, if the Father has begotten the Essence, by which He is, the Essence, which He has begotten, is the cause of That, to be ». Therefore He did not beget the Essence itself, by which[8] He is. « For in that Simplicity », says (St.) Augustine,[9] « because "to know" is not other than "to be", There Wisdom is the same which Essence (is) »; and for that reason what is of [de] Wisdom, this we say of the Essence. Therefore just as He did not beget the Wisdom, by which He is wise, so neither the Essence, by which He is. For just as Wisdom is wise and the Power powerful [potentia potens], so also the Essence itself, and Wisdom and the Power is the same which Essence (is). And so it is clear from

the aforesaid, that[10] the Father did not beget the Divine Essence.

Huic autem videtur contrarium quod Augustinus ait in libro unico de Fide et symbolo, capitulo tertio:[11] « Deus, cum Verbum genuit, id quod ipse est genuit, nec de nihilo nec de aliqua iam facta conditaque materia, sed de se ipso id quod est ipse ». Item:[12] « Deus Pater, qui verissime se indicare animis cognituris et voluit et potuit, hoc ad se ipsum indicandum genuit, quod est ipse qui genuit ». Ecce aperte dicit his verbis, Deum Patrem genuisse illud quod ipse est. Illud autem quod ipse est, non est nisi essentia divina: videtur ergo divinam essentiam genuisse. Ad quod respondemus, illa verba sic intelligenda esse dicentes: Pater de se ipso genuit illud quod ipse est, id est Filium, qui est illud quod Pater est. Nam *quod* Pater est, et Filius hoc est, sed non *qui* Pater est, et Filius hic est.

But to this there seems contrary what (St.) Augustine says in his one book On the Faith and the Creed, in the third chapter:[11] « God, when He begot the Word, begot That which He is, neither from nothing nor from any already made or founded matter, but from His very self That which He is ». Likewise:[12] « God the Father, who has willed and has been able to indicate Himself in a most true manner to the souls (who) are to know (Him), to indicate His very self begot This, which He who begot is ». Behold he openly says by these words, that God the Father has begotten That which He is. But that which He is, is naught but the Divine Essence: therefore it seems that He did beget the Divine Essence. To which we respond, saying that those words are to be thus understood: The Father from His very self begot That which He is, that is the Son, who is That which the Father is. For *what* the Father is, the Son is also this (Thing), but *who* the Father is, the Son is not also this (One).

Ita etiam non est dicendum, quod divina essentia genuit Filium, quia cum Filius sit divina essentia, iam esset Filius res, a qua generatur: et ita eadem res se ipsam generaret. Ita etiam dicimus, quod essentia divina non genuit essentiam. Cum enim una et summa quaedam res sit divina essentia, si divina essentia essentiam genuit, eadem res se ipsam genuit, quod omnino esse non potest; sed Pater solus genuit Filum, et a Patre et Filio procedit Spiritus sanctus.[13]

Thus there also must not be said, that the Divine Essence begot the Son, because since the Son is the Divine Essence, the Son would already be the thing, by which He is generated: and thus the same thing would generate its very self. Thus we also say, that the Divine Essence did not beget the Essence. For since a one and a most high, certain thing is the Divine Essence, if the Divine Essence has begotten the Essence, the same thing has begotten its very self, which entirely cannot be; but rather the Father alone has begotten the Son, and from the Father and the Son the Holy Spirit proceeds.[13]

Praedictis autem videtur contrarium esse quod dicit Augustinus in libro septimo de Trinitate:[14] « Hoc, inquit, est Deo esse quod sapere; unde Pater et Filius simul sunt sapientia, quia una essentia: et singillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia ». Ecce his verbis aperte dicit Augustinus, sapientiam de sapientia et essentiam de essentia, ubi videtur significare, quod sapientia sapientiam et essentia es- / -sentiam genuerit.

But to the aforesaid there seems contrary what (St.) Augustine says in the seventh book On the Trinity:[14] « For this reason », he says, « it belongs to God to be because (it belongs to Him) to know; whence the Father and the Son are simultaneously Wisdom, because (They are) one Essence ». Behold by these words (St.) Augustine openly says, that Wisdom (is) from Wisdom and Essence from Essence, where it seems that he signifies, that Wisdom has begotten Wisdom and Essence Es- /- sence.

[1] Solus cod. A ter habet *genuerit* pro *genuit*.
[2] Vat. et edd. 4, 9 superflue addunt *divinam*.
[3] Cap. 7. n. 8, ubi: *Quod autem relative pronuntiatur* etc. Paulo supra edd. 1, 8 post *indicaret* addunt *divinam*.
[4] Dist. IV. c. 1.
[5] Vat. et ed. 4 non bene omittunt *ergo*; paulo ante codd. A B C E et ed. 1 addendo *et* legunt: *essentia divina et sit et Deus sit*; cod. vero D *etiam* pro *et*.
[6] Cod. D et edd. 1, 2, 3, 8, 9 minus bene *genitum*; in principio huius propositionis cod. C *Quodsi* pro *Et si*.
[7] Cap. 1. n. 2; in quo textu Vat. et edd. 2, 3, 4, 7, 9 bis pro *ibi* legit *sibi*; ed. 5 bis *illi*; codd. bis *ibi*, exceptis D E, qui primo loco habet *ei*; ed. Augustini modo *ibi*, modo *illi*.
[8] Sola Vat. perperam *quae*.
[9] Loc. cit. — Vat. et edd. 4, 5, 6, 9 addunt *ut* ante *inquit*.
[10] Cod. D cum edd. 1, 8 elegantius *quod*.
[11] Num. 4. — Omnes codd. et edd. exceptis Vat. et edd. 4, 9, falso sic: *in libro de Fide ad Petram*.
[12] Loc. cit., in quo textu codd. B D E *se* pro *se ipsum*; post *indicandum genuit* ed. 8 adiicit *id est*; edd. 1, 3 omittunt *quod est ipse, qui genuit*.
[13] Haec doctrina Magistri oppugnata est ab abbate Ioachim, sed approbata a Concilio Lateranensi IV; cfr. infra Bonav. ad hanc dist. a. 1. a. 1. et dub. 4.
[14] Ex. cap. 1. n. 2. et c. 2. n. 3. passim excerptum. — Vat. omittit *in libro septimo de Trinitate*.

[1] Only codex A has three times the subjunctive *has begotten* [genuerit] in place of the indicative *has begotten* [genuit].
[2] The Vatican text and editions 4 and 9 superfluously adds *Divine* [divinam].
[3] Chapter 7, n. 8, where it has: *What, moreover, is pronounced in a relative manner* etc.. A little above this editions 1, and 8 after *would not indicate the* add *Divine*.
[4] Distinction IV, ch. 1.
[5] The Vatican text and edition 4 omit *therefore* [ergo] not so well; a little before this codices A B C E and edition 1 by adding *both* [et] read: *by the Divine Essence both is and is God*; but codex D has *also* in place of this *both* [et].
[6] Codex D and edition 1, 2, 3, 8, and 9 have less well *the (thing) begotten* [genitum]; at the beginning of this proposition codex C has *Whereas if* in place of *And if*.
[7] Chapter 1, n. 2; in which text the Vatican text and editions 2, 3, 4, 7 and 9 twice reads *His* [sibi] in place of *There* [ibi]; edition 5 twice has *in That* [illi]; the codices twice have *There* [ibi], except for D and E, which have in the first position *Its* [ei]; the edition of (St.) Augustine has sometimes *There* [ibi], sometimes *in That* [illi].
[8] Only the Vatican has the faulty *which* [quae].
[9] Loc. cit.. — The Vatican text and editions 4, 5, 6, and 9 add *as* before *(St.) Augustine says*.
[10] Codex D together with editions 1 and 8 has the more elegant *that* [quod].
[11] Number 4. — All the codices and editions, except the Vatican text and editions 4 and 9, read falsely in this manner: in the book On the Faith to Peter.
[12] Loc. cit., in which text codices B D and E has *Himself* [se] in place of *His very self* [se ipsum]; after *begot This*, edition 8 adds *that is,* [id est]; editions 1 and 3 omit *which He who begot is*.
[13] This doctrine of Master (Peter) was opposed by Abbot Joachim (of Fiore), but approved by the Fourth Lateran Council; cf. below (what St.) Bonaventure (says) in regard to this distinction in a. 1, q. 1 and doubt 4.
[14] From chapter 1, n. 2, and ch. 2, n. 3, excerpted passim. — The Vatican text omits *in the seventh book On the Trinity*.

---

p. 108

es- / -sentiam genuerit. Idem in libro de Fide ad Petrum[1] ait: « Sic Christum Dei Filium, id est unam ex Trinitate personam, Deum verum crede, ut divinitatem eius de natura Patris natam esse non dubites ». Hic videtur dicere, quod natura Filii sit nata de natura Patris. Idem etiam in libro decimo quinto de Trinitate[2] ait: « Dicitur Filius consilium de consilio et voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de

Es- / -sence. He says the same in the book On the Faith to Peter:[1] « So believe Christ the Son of God (to be) the true God, that is that (He is) A [unam] Person of the Trinity, that you may not doubt His Divinity to have been born from the Nature of the Father ». Here he seems to say, that the Nature of the son has been born from the Nature of the Father. He also says the same in the fifteenth book On the Trinity:[2] « The Son is

sapientia ». Et hic videtur dicere, quod substantia sit genita de substanti et sapientia de sapientia. Sed hoc[3] ita determinanamus: « sapientia de sapientia, et substantia de substantia est », id est Filius, qui est sapientia, qui est substantia, est de Patre, qui est eadem substantia et sapientia; et Filius, qui est divinitas, natus est de Patre, qui est natura divina. Et ut expressius dicamus, dicimus, Filium sapientiam esse de Patre sapientia, et dicimus, Filium substantiam esse genitum de Patre et a Patre substantia. Quod autem ita intelligi debeat Augustinus, ostendit in libro septimo de Trinitate[4] dicens: « Pater ipse sapientia est; et dicitur Filius sapientia Patris, quomodo dicitur lumen Patris, id est, sicut lumen de lumine et uterque unum lumen, sic intelligatur sapientia de sapientia; et uterque una sapientia et una essentia ». Item:[5] « Ideo Christus dicitur virtus et spaientia Dei, quia de Patre, virute et sapientia, etiam ipse virtus et sapientia est, sicut ipse lumen de Patre lumine est, et ipse fons vitae est apud Deum Patrem, fontem vitae. Filius ergo sapientia de Patre sapientia est, sicut Filius lumen de Patre lumine, et Deus Filius de Deo Patre, ut et singulus sit lumen et singulis Deus et singulus sapientia, et simul unum lumen, unus Deus, una sapientia ». Ecce his verbis manifeste aperit Augustinus, ex quo sensu accipienda sint praedicta verba et his similia, scilicet cum dicitur: substantia de substantia, vel substantia genuit substantiam.

said (to be) Counsel from Counsel and Will from Will, just as (He is) Substance from Substance, Wisdom from Wisdom ». And here he seems to say, that Substance has been begotten from Substance and Wisdom from Wisdom. But we determine this (text)[3] thus: « He is Wisdom from Wisdom, and Substance from Substance », that is the Son, who is the Wisdom, who is the Substance, is from the Father, who is the Divine Nature. And that we may speak more expressly, we say, that the Son (as) Wisdom is from the Father (as) Wisdom, and we say, that the Son (as) Substance has been begotten from the Father and by the Father (as) Substance. Moreover that (St.) Augustine ought thus to be understood, he shows in the seventh book On the Trinity[4] saying: « The Father Himself is Wisdom; and the Son is said (to be) the Wisdom of the Father, in that manner He is said (to be) the Light of the Father, that is, just as Light (is) from Light and each of the two [uterque] the one Light, so He is understood (to be) Wisdom from Wisdom; and each of the two the one Wisdom and the one Essence ». Likewise:[5] « For that reason Christ is said (to be) the Virtue and Wisdom of God, because from the Father, the Virtue and Wisdom, He Himself is also the Virtue and Wisdom, just as He Himself is the Light from the Father, the Light, and He Himself is the Fount of Life with [apud] God the Father, the Fount of Life. The Son, therefore, is the Wisdom from the Father, the Wisdom, just as the Son (is) the Light from the Father, the Light, and the Son of God (is) from God the Father, as each One [singulus] is both the Light and each One the God and each One the Wisdom, and simultaneously the one Light, the one God, the one Wisdom ». Behold by these words (St.) Augustine manifestly uncovers [aperit], in [ex] what sense there are to be accepted the aforesaid words and those similar, that is when there is said: Substance from Substance, and/or the Substance begot the Substance.

Huic vero etiam id contrarium videtur, quod Hilarius ait in quarto libro de Trinitate:[6] « Nihil, in quit, nisi natum habet Filius; et geniti honoris admiratio in honore generantis est ». cum ergo Filius essentiam

However to this there also seem contrary that, which (St.) Hilary (of Poitiers) says in the fourth book On the Trinity:[6] « Nothing », he says, « except the Son has been born; and admiration for the honor of the one

habeat — tota enim in eo est divina essentia — videtur quod ipsa divina essentia nata sit. Item in quinto libro[7] ait: « Nativitas Dei non potest eam ex qua profecta est non tenere naturam, nec enim aliud quam Deus subsistet, quod non aliunde quam de Deo subsistit ». Ecce hic dicit nativitatem Dei profectam ex natura, et ita videtur ex his verbis atque praedictis natura Dei et genita et genuisse. Quod apertius dicit in libro non de Trinitate:[8] « Nos, inquit, unigentium Deum, in forma Dei manentem, in natura hominis mansisse profitemur, nec unitatem formae servilis in naturam divinae unitatis refundimus, nec rursus corporali insinuatione Patrem in Filio praedicamus, sed ex eo eiusdem generis genitam naturam naturaliter in se gignentem habuisse naturam, quae in forma naturae se gignentis manens, formam naturae et infirmitatis corporalis accepit. Non enim defecerat Dei natura, ne esset; sed in se humilitatem terrenae nativiatis manens sibi Dei natura susceperat, generis sui potestatem in habitu assumtae humilitatis exercens ». Ecce hic aperte dicit, et naturam genuisse, et naturam genitam, et naturam assumsisse naturam; quod a plerisque negatur. Item in eodem:[9] « Nunquid unigenito Deo contumelia est, Patrem sibi innascibilem Deum esse, cum ex innascibili Deo nativitas unigenita in naturam unigenitam subsistat »? Ecce et hic dicit unigenitam naturam.

Begotten belongs in honor to the one Generating ». Since, therefore, the Son has the Essence — for the whole Divine Essence is in Him — it seems that Divine Essence Itself has been born. Likewise in the fifth book[7] he says: « The nativity of God cannot not hold [tenere] that Nature from which it has arisen [profecta est], for no other [non aliud] than God subsists, because in no other way [non aliunde] than from God does it subsist ». Behold here he says that the nativity of God (has) arisen from the Nature, and thus it seems from these words and also from the aforesaid that the Nature of God has both begotten and been begotten. Which he says more openly in the ninth book <u>On the Trinity</u>:[8] « We », he says, « profess that the Only-Begotten God, remaining [manentem] in the form of God, remained in the form of man, nor do we pour back [refundimus] the unity of the servile form into the nature of the Divine Unity, nor again do we preach that the Father (is) in the Son by a corporal insinuation, but rather from this [ex eo] that in begetting Itself the Nature has begotten naturally a Nature of the same genus, which remaining in the form of the Nature Begetting It, has accepted a form of nature and of corporal infirmity. For the Nature of God had not failed to be; but rather remaining in Itself the Nature of God, It had undertaken [susceperat] for Itself the humility of an earthly [terrenae] nativity, exercising the power of Its own genus [generis sui] in the habit of the assumed humility ». Behold here he openly says, both that the Nature has begotten, and the Nature (has been) begotten, and that the Nature has assumed a nature; which by very many is denied. Likewise in the same (book he says):[9] « Is it contumely to the Only-Begotten God, that His own Father is the unable-to-be-born God [innascibilem Deum], since from the unable-to-be-born God there subsists an unbegotten nativity for [in] the Unbegotten Nature »? Behold here he also says (that there is) an Unbegotten Nature.

Sed quia haec verba sane vult intelligi, ipse idem dicit in quarto libro:[10] « Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi,

But because he wants these words to be sanely understood, he himself says the same in the fourth book:[10] « The

quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus ». Haec ergo verba ita intelligi possunt: nihil habet Filius nisi natum, id est, nihil habet secundum quod Deus est, nisi quod nascendo accepit, et ipse nascendo Patris in se subsistentem habuit naturam. Unde idem Hilarius addit in quinto libro:[11] « Eandem naturam habet genitus, quam ille qui genuit, ita tamen, ut natus non sit ille qui genuit (nam quomodo erit Pater ipse, cum genitus sit?), sed in his ipsis subsistat ille qui genitus est, in quibus totus est ipse qui genuit; quia non est aliunde qui genitus est. Et ideo non refertur ad aliud quod in uno subsistit ex uno. Ac sic in generatione Filii et naturam suam, ut ita dicam, sequitur indemutabilis Deus indemutabilem gignens Deum, nec naturam suam deserit ex indemutabili Deo indemutabilis Dei perfecta nativitas. Subsistentem ergo in eo Dei naturam intelligamus, cum in Deo Deus insit; nec praeter eum qui Deus est, quisquam Deus alius sit, quia ipse Deus, / et in eo Deus ».

understanding of the things said is to be assumed from the causes for speaking [ex causis dicendi], because a thing is not subjected to discourse [sermoni], but discourse to a thing ». Therefore these words can be thus understood: nothing has the Son except that He has been born [nisi natum], that is, He has nothing according to which He is God, except what by being born He has accepted, and He Himself by being born had the Nature of the Father subsisting in Himself. Whence (St.) Hilary adds the same in the fifth book:[11] « The Begotten has the same Nature, which He who begot (has), however thus, that the One Born is not He who begot (for in what manner shall He be the Father Himself, since He has been begotten?), but among These Themselves there subsists He who has been begotten, among which the Whole is He who has begot; because in no other way [non aliunde] is He who has been begotten. And for that reason there is not referred to an other what in One subsists out of One. And so in the generation of the Son even His own Nature, as thus I call (it), does the unalterable [indemutabilis] God begetting the unalterable God follow [sequitur], nor His own nature does the perfect nativity of the unalterable God out of the unalterable God forsake [deserit]. Therefore let us understand that the Nature of God (is) subsisting in Him, since God is in God [in Deo Deus insit]; nor is there besides Him who is God, any other God, because He Himself (is) God, / and God (is) in Him ».

---

[1] Cap. 2. n. 15.
[2] Cap. 19. n. 37. — Immediate ante Vat. cum aliis edd., exceptis 1, 8, omittit *etiam*.
[3] Omnes codd. contra edd. bene *haec*.
[4] Cap. 1. n. 2; ubi post *sapientia de sapientia* edd. 1, 8 addunt *et essentia de essentia*.
[5] Cap. 3. n. 4. — Circa finem huius textus codd. bis adendo *sit* legunt: *singulus sit Deus et singulus sit sap.*, quibus secundo loco accedunt edd. 1, 5, 6, 8. Pro *singulis* et *simul* edd. 2, 3, 7 quater legut male *singulis*; in fine edd. 1, 8 addunt *et* post *unus Deus*.
[6] Num. 20.
[7] Num. 37, in quo textu et paulo post Vat. et edd. 4, 7, 9 bis legunt *porvecta* pro *profecta*, sed mendose.
[8] Num. 51, in quo textu codd. A B C et edd. 5, 9 legunt: in forma *servi* manentem in natura *Dei* mansisse. Editores Maurini vero habent: in forma *Dei* manentem in natura *Dei* mansisse. Iidem lectionem nostram, quam praeter codd. D E et ceteras Magistri

---

[1] Chapter 2, n. 15.
[2] Chapter 19, n. 37. — Immediately before this the Vatican text together with the other codices, except 1 and 8, omits *also* [etiam].
[3] All the codices, contrary to the editions, have the just as good *these (words)* [quae].
[4] Chapter 1, n. 2; where after *Wisdom from Wisdom* editions 1 and 8 add *and Essence from Essence*.
[5] Chapter 3, n. 4. — Near the end of this text the codices twice by adding *is* [sit] read *each is the God and each is the Wisdom*, to which in the second place there accedes editions 1, 5, 6, and 8. In place of *each* [singulus] and *simultaneously* [simul] editions 2, 3 and 7 four times read badly *each of them* [singulis]; at the end (of the passage) editions 1 and 8 add *and* [et] after *the one God*.
[6] Number 10.
[7] Number 37, in which text and a little after this the Vatican text and editions 4, 7 and 9, twice read

edd. etiam antiquae Hilarii edd. exhibent, depravatam esse censent, cum Hilarius *formae* nomine aliud a *natura* ipsa intellexerit, scil. habitum, quem prae se tulit Christus. Iuxta ipsos sensus est, Christum secundum formam Dei semper mansisse in natura, unitate et gloria Dei, etsi secundum formam servi non statim ab ipsa hominis assumtione naturae divinae assecutus sit gloriam, sed tantum per resurrectionem. Cfr. ibid. n. 38. Licet textus Maurinorum multo probabilior esse videatur, ipsum tamen contra codd. et edd. Magistro non obtrudendum esse censuimus. — In eodem textu cum Hilario codd. A C *acceperit* pro *accepit* et in fine pro *humilitatis* Vat. et plures edd. *humanitatis*.

[9] Loc. cit. n. 53.

[10] Num. 14; cod. A et ed. 4 addunt *de Trinitate*.

[11] Num. 37, sed multis a Magistro mutatis et omissis. — Vat. et ed. 4 omittunt *idem* ante *Hilarius*. In ipsa auctoritate a codd., et ed. 1 et textu Hilarii omittitur *Pater* post *quomodo erit*. Mox contra originale, codd. A B C E et ed. 1 Vat. cum ceteris edd., mutata constructione et reiectis signis parentheseos, legit *subsistit* pro *subsistat*. Denique eadem Vat. et edd. 4, 5, 6, 9 addendo *et* habent *subsistit et ex uno*.

advanced [provecta] in place of *arisen* [profecta], but faultily.

[8] Number 51, in which text codices A B C and editions 5 and 9 read: remaining in the form of a *slave*, remained in the nature of *God*. However the Maurini Editors have: remaining in the form of *God*, remained in the nature of *God*. These (scholars) consider our reading, which besides codices D E and the rest of the editions of Master (Peter), even the ancient editions of (St.) Hilary, exhibit, distorted, since (St.) Hilary by the noun of *form* understood something other than *nature* itself, namely the "habit", which Christ bore before Him. According to them the sense is, that Christ according to the form of God always remained in the nature, unity and glory of God, even if according to the form of a slave from the assumption itself of man He did not immediately arrive at [assecutus est] the glory of the Divine Nature, but only through (His) resurrection. Cf. ibid., n. 38. Though the text of the Maurinists seems to be more probable, we however do judge that that which is contrary to the codices and editions of Master (Peter) is not to be accepted [obtrudendum]. — In the same text together with (St.) Hilary codices A and C have the subjunctive *accepted* [acceperit] in place of the indicative *accepted* [accepit] and at the end in place of *humility* [humilitatis] the Vatican text and very many editions have *humanity* [humanitatis].

[9] Loc. cit., n. 53.

[10] Number 14; codex A and edition 4 add *On the Trinity*.

[11] Number 37, but with many things changed and omitted by Master (Peter). — The Vatican text and edition 4 omit *the same* [idem] after *add*. In the quote itself there is omitted by the codices, edition 1 and the text of (St.) Hilary, *the Father* after *in what manner shall He be* [quomodo erit]. Then contrary to the original, to codices A B C E and to edition 1, the Vatican text together with the rest of the editions, having changed the construction and rejected the parentheses, reads the indicative *subsists* [subsistit] in place of the indicative *subsists* [subsistat]. Then in the same (quote) the Vatican text and editions 4, 5, 6 and 9, by adding *et* has (the ambiguous) *in uno subsistit et ex uno* [Trans. note: *in One subsists also out of One* or *subsists in One and out of One*].

---

et in eo Deus ». Naturae ergo Dei Patris veritas in Deo Filio esse docetur, cum in eo Deus intelligatur[1] esse, qui Deus est. Est enim unus in uno et unus ab uno.

and God (is) in Him ». Therefore the truth of the Nature of God the Father is taught to be in God the Son, since "the God in Him" is understood[1] to be, "He who is God". For One is in One and One (is) by One.

Dicitur quoque et frequenter in Scriptura sacra legitur, Patrem de sua substantia genuisse Filium. Unde Augustinus in libro de Fide ad Petrum[2] ait: « Pater Deus, de nullo

It is also said and frequently in Sacred Scripture it is read, that the Father from His own Substance has begotten the Son. Whence (St.) Augustine in the book On the

genitus Deo, semel de sua natura sine initio genuit Filium Deum sibi aequalem et eadem qua ipse naturaliter aeternus est divinitate coaeternum ». Ecce hic dicit Augustinus, Filium genitum de natura Patris. Est autem una natura Patris et Filii et Spiritus sancti. Si ergo de natura Patris genitus est Filius, genitus est de natura Filii et Spiritus sancti, immo de natura trium peronsarum. Idem quoque Augustinus in libro decimo quinto de Trinitate[3] dicit, Christum esse Filium substantiae Patris et de substantia Patris genitum, tractans illud verbum Apostoli loquentis de Deo Patre sic: *Qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum Filii caritatis suae*. « Quod dictum est, inquit, *Filii caritatis suae*, nihil aliud intelligatur[4] quam Filii sui dilecti, quam Filli substantiae suae. Caritas quippe Patris, quae in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud quam ipsa natura atque substantia, ut saepae diximus et saepe iterare non piget, ac per hoc Filius caritatis eius nullus est alius, quam qui de substantia eius est genitus ». Ecce aperte hic dicit Augustinus in libro secundo contra Maximinum haereticum,[5] substantiam Dei genuisse Filiu, et Filium genitum de substantia Patris asserit dicens: « Carnalibus cogitationibus pleni, substantiam Dei de se ipsa gignere Filium non putatis, nisi hoc patiatur, quod substantia carnis patitur, quando gignit. *Erratis nescientes Scripturas neque virtutem Dei*.[6] Nullo enim modo verum Dei Filium cogitatis, si eum natum esse de substantia Patris negatis. Non enim iam erat hominis Filius et Deo donante factus est Dei Filius, ex Deo natus gratia, non natura. An forte, etsi non homninis filius erat, tamen aliqua iam erat qualiscumque creatura et in Dei Filium, affirmastis,[7] non vos dicere de nihilo esse Dei Filium. De aliqua ergo substantia est; et si non de substantia Patris, de qua sit, dicite; sed non invenietis. Iam igitur unigenitum Dei Filium, Iesum Christum, de Patris esse substantia, no vos nobiscum pigeat confiteri ». Idem in eodem:[8] « Utrique legimus, *ut simus in vero Filio eius*, Iesus Christo. Dicite ergo nobis, utrum iste verus Dei Filius ab eis qui gratia filii sunt, quadam proprietate discretus de mulla substantia sit, an de aliqua? Non dico, in quis, de nulla,

Faith to Peter[2] says: « God the Father, begotten from no God, from His own Nature without a beginning [initio], did once begot God the Son equal and coeternal to Himself by the same Divinity by which He Himself is naturally eternal ». Behold here (St.) Augustine says, that the Son (has been) begotten from the Nature of the Father. Moreover there is one Nature of the Father and of the Son and of the Holy Spirit. If, therefore, He has been begotten from the Nature of the Father, He has been begotten from the Nature of the Son and of the Holy Spirit, nay rather from the Nature of the Three Persons. Likewise (St.) Augustine in the fifteenth book On the Trinity also says, that Christ is the Son of the Substance of the Father and (has) been begotten from the Substance of the Father, thus treating that word of the Apostle speaking of God the Father: *Who has snatched us from the power of darkness and has transferred us into the kingdom of the Son of His charity*. « Because there has been said », he says, « of the Son of His Charity, let nothing other be understood[4] than "of His Beloved Son", than "of the Son of His Substance". Indeed [quippe] the Charity of the Father, which is in an ineffable manner in His simple Nature, is nothing other than the Nature Itself and [atque] the Substance, as we have often said and it is not an annoyance [piget] to reiterate it [iterare], and by this [per hoc] the Son of His Charity is no one other, than He who has been begotten from His Substance ». Behold here (St.) Augustine openly says, that the Son has been begotten from the Substance of the Father and that the Son (is) of the Substance of the Father. (St.) Augustine also says the same in the second book Against Maximinus the Heretic,[5] that the Substance of God has begotten the Son, and he asserts that the Son (has been) begotten from the Substance of the Father saying: « Full of carnal thoughts, you do not think that the Substance of God begets the Son from Its very self, unless by this It suffers, what a substance of flesh suffers, when it begets. *You err not knowing the Scriptures nor the Virtue of God*.[6] For in no manner do you think (that there is) a true Son of God, if you deny that He has been born from the

nec dicam de nihilo: ergo de aliqua substantia est. Quaero, de qua? Si non de Patris substantia est, aliam quaere. Si aliam non invenis, Patris agnosce substantiam, et Filium eum Patre homoousion confitere ». Item in eodem:[9] « Confiteor, Deum Patrem omnino incorruptibiliter genuisse, sed quod est ipse genuisse. Item dico quod saepae dicendum est: aut de aliqua substantia natus est Dei Filius, aut de nulla; si de nulla: ergo de nihilo; quod vos iam non dicitis; si vero de aliqua, nec tamen de Patris substantia, non est verus Filius; si vero de Patris substantia, unius eiusdemque substantiae sunt Pater et Filius. Vos autem nec Filium[10] de substantia Patris genitum vultis; et tamen eum nec ex nihilo nec ex aliqua materia, sed ex Patre esse conceditis; nec videtis, quam necesse sit, ut qui non est ex nihilo nec ex aliqua alia re, sed ex Deo, nisi ex Dei substantia esse non possit, et hoc esse quod Deus est, de quo est, id est Deus de Deo naturs; quia non alius prius fuit, sed natura coaeterna de Deo est ».

Substance of the Father. For there was not already a Son of man and by God granting He became Son of God, born out of God by grace, not by nature. Or, even if there was not a son of man, nevertheless [tamen] was there by chance some whatever-kind-of creature and, with God changing (it), it was converted into the Son of God? But neither of these exists [nihilo horum est]: therefore either from nothing, or from some substance has He been born. But lest we would believe, that you think that the Son of God is from nothing, you have affirmed,[7] that you do not say that the Son of God is from nothing. Therefore He is from some substance; and if not from the Substance of the Father, say, which He is from; but you shall not find (one). Therefore it is already an annoyance that you do not confess with us that the Only-Begotten Son of God, Jesus Christ, is from the Substance of the Father ». Likewise in the same (chapter):[8] « We both read, *that we may be in His true Son*, Jesus Christ. Therefore tell us, whether that true Son of God, different [discretus] in a certain property from those who are sons by grace, is from no substance, or whether (He is) from some (substance)? I do not say, you say, from no (substance), nor do I say from nothing: therefore He is from some substance. I ask, from which? If He is not from the Substance of the Father, I seek an other. If you do not find an other, acknowledge the Substance of the Father, and confess that the Son is consubstantial [homoousion] with the Father ». Likewise in the same (chapter):[9] « I confess, that God the Father in an entirely incorruptible manner has begotten, but that He has begotten what He Himself is. Likewise I say that there must be often said: the Son of God either has been born from some substance, or from none; if from none: therefore from nothing; which you do not now [iam] say; however if (He is) from some (substance), and not, however, from the Substance of the Father, He is not the true Son; however if from the Substance of the Father, of one and the same Substance are the Father and the Son. Moreover neither do you want a Son[10] begotten from the Substance of the Father; and nevertheless [tamen] you concede that He is neither out

of nothing nor out of some matter, but rather out of the Father; nor do you see, how necessary it is, that He who is not out of nothing nor out of some other thing, but out of God, cannot be except from the Substance of the Father, and that This is what God is, from What He is, that is God born from God; because there was no Other prior, but He is the coeternal Nature from God ».

His verbis praemissis innui videtur, quod divina substantia[11] Filium genuerit, et quod Filius sit genitus de substantia Patris, et quod de Deo est natura coaeterna, et quod Pater id quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est, essentia divina est; et ita putari potest, divinam essentiam genuisse. Vehementer movent nos haec verba, quae quomodo intelligenda sint, mallem ab aliis audire quam tradere.[12] Ut tamen sine praeiudicio atque temeritate loquar, ex hoc sensu dicta possunt accipi: natura coaeterna de Deo est, id est, Filius coaeternus Patri de Patre est, it quod est eadem cum eo natura vel eiusdem naturae. Quem sensum confirmat Augustinus, ibidem[12] subiiciens et quod dixerat quasi explanans. Dicto enim: « Natura coaeterna de Deo est », addidit: « Non est aliud Filius quam illud de quo est, id est, unius eiusdemque substantiae est ». Deinde apertius talem intellectum ex praedictis verbis fore habendum aperit in eodem libro contra Maximinum dicens: « Trinitas haec unius eiusdemque substantiae est, quia non de aliqua materia vel de nihilo est Filius, sed de quo est genitus. Itemque Spiritus santus non de aliqua materia vel de nihilo est, sed inde est, unde procedit ». His utique verbis aperte ostendit, ea ratione dici Filium esse de substantia Patris, quia est de Patre genitus, ita quod est eiusdem substantiae cum eo: et[14] Spiritum sanctum esse de substantia Patris et Filii, quia ab utroque procedit, ita quod est eiusdem substantiae.

By these aforesaid words there seems to be hinted, that the Divine Substance[11] begot the Son, and that the Son has been begotten from the Substance of the Father, and that He is the coeternal Nature from God, and that the Father begot that which He Himself is. Moreover that which He Himself is, is the Divine Essence; and thus it can be thought, that the Divine Essence has begotten. Vehemently do these words, which are to be understood in this manner, move us, I would prefer to hear (them) from others than to betray (them).[12] However that I may speak without prejudice and [atque] temerity, from this sense there can be accepted the sayings [dicta]: He is the coeternal Nature from God, that is, the Son coeternal to the Father is from the Father, in such a manner [ita] that He is the same Nature with Him and/or of the same Nature. Which sense (St.) Augustine confirms, subjecting (himself) to the same (opinion)[13] and as if explaining what he had said. For to the saying: « He is the coeternal Nature from God », he added: « The Son is not an other (thing) [aliud] than That from whom He is, that is, He is of one and same Substance ». Then more openly uncovers that such an understanding of [ex] the aforesaid words shall be held, saying in the same book <u>Against Maximinus</u>: « This Trinity is of one and the same Substance, because not from some matter and/or from nothing is the Son, but from Whom He has been begotten. And likewise the Holy Spirit is not from some matter and/or from nothing, but is from That [inde], whence He proceeds ». Certainly [utique] by these words he openly shows, that for this reason the Son is said to be from the Substance of the Father, because He has been begotten from the Father, in such a manner [ita] that He is of

the same Substance with Him: and[14] that the Holy Spirit is from the Substance of the Father and the Son, because He proceeds from both, in such a manner that He is of the same Substance.

---

[1] Ita codd. A B E; ceteri codd. et edd. *intelligitur*.
[2] Cap. 2. n. 10. — Paulo ante post *Scriptura* Vat. cum paucis edd. omittit *sacra*.
[3] Cap. 19. n. 37. — Locus Apostoli est Col. 1, 13, in quo textu Vulgata habet *filii dilectionis*.
[4] Vat. et edd. 4, 9 *intelligitur*.
[5] Cap. 14. n. 2.
[6] Matth. 22, 29, ubi Vulgata: *erratis nescientes*, cui concordant nostri codd. et edd. 1, 8; Vat. cum aliis edd. *non scienties*.
[7] Vat. cum edd. 4, 5, 6, 8, 9 *affirmatis*; Augustinus: *affirmasti*.
[8] Loc. cit. n. 3. — Pro *utrique* codd. A B D et edd. 3, 7, 8 *utique*, sed contra originale. — Respicitur locus sacrae Scripturae I. Ioan. 5, 20.
[9] Loc. cit. n. 4. et 12. — Immediate ante Vat. *idem* loco *item* contra codd. et edd. 1, 8.
[10] Vat. cum cod. A et paucis edd. hic adiicit *Dei*.
[11] Codd. C D addunt *vel essentia* et mox post *genuerit* codd. D E *vel* pro *et*.
[12] Vat. cum edd. 4, 6, 8 praemittit *ipse*.
[13] Libr. II. c. Maxim. c. 14. n. 2; quae sequuntur ibidem inveniuntur. — Paulo post Vat. *addit* pro *addidit*.
[14] Sola Vat. omittit *et*; in principio huius propositionis loco *utique* cod. D *itaque*.

[1] Thus codices A B and E; the rest of the codices and editions have *when . . . is understood* [cum . . . intelligitur].
[2] Chapter 2, n. 10. — A little before this at *Scripture* the Vatican text together with a few of the editions omits *Sacred* [sacra].
[3] Chapter 19, n. 37. — The quote from the Apostle is Col 1:13, in which text the Vulgate has *of the Son of His delight* [filii dilectionis].
[4] The Vatican text and editions 4 and 9 have *is understood* [intelligitur].
[5] Chapter 14, n. 2.
[6] Mt 22:29, where the Vulgate reads: *you err not knowing* [erratis nescientes], to which our codices and edition 1 and 8 agree; the Vatican text together with the other editions has *not knowing* [non scientes].
[7] The Vatican text together with editions 4, 5, 6, 8, and 9 has *you affirm* [affirmatis]; (St.) Augustine wrote: *you have affirmed* [affirmasti].
[8] Loc. cit., n. 3. — In place of *both* [utrique] codices A B D and editions 3, 7 and 8 have *certainly* [utique], but contrary to the original. — The verse of Sacred Scripture alluded to is 1 Jn. 5:20.
[9] Loc. cit., n. 4 and 2. — Immediately before this the Vatican text has *(He says) the same (thing)* [idem], contrary to the codices and editions 1 and 8.
[10] The Vatican text together with codex A and a few of the editions here adds *of God* [Dei].
[11] Codices C and D add *and/or Essence* [vel essentia] and then after *begot* [genuerit] codices D and E have *and/or* [vel] in place of *and* [et].
[12] The Vatican text together with editions 4, 6, and 8 puts *myself* [ipse] before the verb.
[13] Against Maximinus, Bk. II, ch. 14, n. 2; those things which follow are found in the same place. — A little after this the Vatican text has *he adds* [addit] in place of *he added* [addidit].
[14] Only the Vatican text omits *and*; at the beginning of this proposition in place of *certainly* [utique] codex D has *and thus* [itaque].

---

p. 110

Cap. II.

Quod Filius non est de nihilo, sed de aliquo, non tamen de materia, sicut et Spiritus sanctus.

Ostenditur quoque ex illis verbis, Filium et Spiritum sanctum non esse de nihilo, sed de aliquo, nec tamen de aliqua materia. Unde etiam Hilarius in duodecimo libro de Triniate[1] ait: « Unigenitus eus, cum natus

Chapter II

That the Son is not from nothing, but from some one or thing, not however from matter, just as (is) also the Holy Spirit.*

It is also shown from those words, that the Son and Holy Spirit are not from nothing, but from some one or thing, nor, however, from some matter. Whence even (St.) Hilary in the tenth book On the Trinity[1] says: « The

[1] Nonnulli codd. ut T V Y cum ed. 1 *duplex*, et paulo infra multi codd. ut A C G K L R S T V X etc. post *et* addunt *per*, sed minus apte. Deinde sensu non mutato codd. D T *nec praedicatur unum de altero, ut Pater*. Cfr. de hoc d. 26. a. 1. q. 1. ad 2. Cod. X post *eodem* legit glossando *unde ait est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti; ideo una non praedicatur de alia, ut Pater est Filius*.
[2] Plures codd. ut A B C L R S U X bb cum ed. 1 falso *praedicatio* loco *praedicatum*, et paulo infra post *praedicatione* omittunt multi codd. ut A F G I K T aa etc. cum ed. 1 non bene *secundum substantiam*.
[3] Vat. et codd. cc contra antiquos codd. et ed. 1 non bene *haec*; cod. X *ibi*.
[4] Cod. Y *relatio*. *Ratio* hic stat pro *relatio*, cfr. supra p. 58, nota 1.
[5] Vat. contra mss. et ed. 1 omittit *Et*.
[6] Codd. I X addunt *sicut Deus est iustus, sicut Pater generat*. — De duplici ratione praedicandi vide infra d. 34. q. 2.
[7] Cod. W hic addit *lla quae est superioris respectu inferioris*; codd. aa bb vero *superioris de inferiore est*; cod. H tandem *in creaturis*.
[8] Codd. L O addunt *communis*. Paulo infra post *pro illo* cod. T continuat constructionem *sed non in praedicatione per identitatem ubi idem*. Quoad doctrinae explicationem cfr. supra d. 4. q. 2. et 4.
[9] Vat. praeter fidem antiquiorum mss. et ed. 1 omittit *sicut verba et nomina adiective retenta*. Paulo ante plures codd. ut A E Q V X post *omnino* omittunt *in*, in qua lectione *adiacentia* adiective sumitur.
[10] Cod. R *infertur*, cod. W *proceditur*.

[1] Not a few codices, such as T V and Y, together with edition 1 read *twofold diversity of reckoning* [diversitas rationis duplex], and a little below this many codices, such as A C G K L R S T V X etc.,after *and* [et] add *through* [per], but less aptly. Then with the sense unchanged codices D and T read *nor is one predicated of the other, as (are) Father* [nec praedicatur unum de altero, ut Pater]. Cf. on this d. 26, a. 1, q. 1, at n. 2. Codex X after *the same (thing)*, by glossing, read *whence the one is the Person of the Father, the other (that) of the Son, the other (that) of the Holy Spirit; for that reason one is not predicated of the other, as “the Father is the Son”* [unde ait est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti; ideo una non praedicatur de alia, ut Pater est Filius.]
[2] Very many codices, such as A B C L R S U X and bb, together with edition 1 falsely have *the predication* [praedicatio] in place of *the predicate* [praedicatum], and a little below this after *with a predication* [praedicatione] many codices, such as A F G I K T aa etc., together with edition 1 omit *according to substance* [secundum substantiam], but not well.
[3] The Vatican edition and the codex cc, contrary to the ancient codices and edition 1 have *this* [haec]; codex X has *here* [ibi].
[4] Codex Y reads *relation* [relatio]. *A reckoning* [Ratio] here stands for *relation*, cf. above (d. 2, a. sole, q. 4, near the end of the body of the response), p. 58, fn. 1.
[5] The Vatican edition contrary to the manuscripts and edition 1 omits *And* [Et].
[6] Codices I and X add *just as “God is just”, just as “the Father generates”* [sicut Deus est iustus, sicut Pater generat]. — Concerning the twofold relation of predicating see above d. 34, q. 2.
[7] Codex W here adds *that which is of the superior in respect of the inferior* [illa quae est superioris respectu inferioris]; codices aa and bb, however, read *of the superior concerns the inferior* [superioris de inferiore est]; codex H at the end adds *among creatures* [in creaturis].
[8] Codices L and O have *a common term* [terminus communis]. A little below this after *for the other* [pro altero] codex T continues the construction with *but not in predication through identity where (they are) the same* [sed non in praedicatione per identiatem ubi idem]. In regard to the explanation of the doctrine cf. above d. 4, q. 2 and 4.

[9] The Vatican edition not trusting in the more ancient manuscripts and edition 1 omits *just as verbs and nouns used as adjectives* [sicut verba et nomina adiective retenta]. A little before this very many codices such as A E Q V and X after *entirely* [omnino] omit *for* [in], in which reading *adjacent* [adjacentia] is taken as a predicate adjective.
[10] Codex R has *one infers* [infertur], codex W has *one proceeds* [proceditur].

---

passio,[1] istud habet instantiam, ubi proprietas est extranea ei, de quo praedicatur subiectum, ut haec intentio *species*, quamvis sit proprietas hominis, et homo dicatur de Petro, non tamen dicitur de eo hoc quod est *species*.

. . .also (predicated) a proper / passion",[1] that (principle) of his does have an instance, where a property is extraneous to that, of which the subject is predicated, as (is) this intention '*species*', although it be a property of man, and man is said of Peter, however there is not said of him this, that he is a "*species*".

Et si obiicias, quod[2] in divinis non cadit ratio extranei, quia non cadit ibi accidens; dicendum, quod etsi non sit extraneitas nec diversitas quantum ad *rem*, est tamen quoad *rationem* sive quoad *modum praedicandi*, qui triplex est in divinis, sicut infra patebit.[3] Unde sicut hic est accidens: essentia est persona; sed persona distinguitur: ergo et essentia; ita et in proposito.

And if you object, that[2] there does not occur among the divine a reckoning of the extraneous, because an accident does not occur There; it must be said, that even if there is not an extraneousness nor a diversity as much as regards *thing*, there is, however, in regard to *reckoning* or in regard to the *manner of predicating*, which is threefold among the divine, as will be clear below.[3] Whence just as here there is (a fallacy of the) accident: 'the Essence is a Person; but a Person is distinguished: therefore also the Essence'; thus it is in the proposed (objection).

4. Ad illud quod ultimo obiicitur de hac: essentia[4] est Pater Filii; distinguitur a Praepositivo, quod Pater potest ponere suam rem sive respectum per ipsum importatum circa ipsum subiectum, quod est essentia; et tunc est locutio falsa; est enim sensus, quod essentia refertur ad Filium. *Vel* potest claudere intra se[5] rem sui substantivi, ut sit sensus: essentia est Pater Filii, id est, essentia est ille qui refertur ad Filium; et hoc modo vera est locutio, et non valet argumentum: ergo Filius est Filius essentiae, immo est ibi *accidens*. Sicut enim non sequitur: Filius refertur ad illum qui est Pater, et ille est essentia: ergo refertur vel distinguitur ab essentia; sic et in proposito.

4. To that which is last objected concerning this: 'the Essence[4] is the Father of the Son'; there is distinguished by Praepositivus, that "the Father" can posit its own thing or the looking-back, conveyed through it, about the subject itself, which is the Essence; and then the saying is false; for the sense is, that 'the Essence is referred to the Son'. *And/or* it can close within it[5] the thing of its own substantive, so that the sense is: 'the Essence is the Father of the Son', that is, 'the Essence is that One who is referred to the Son'; and in this manner the saying is true, and the argument is not valid: 'therefore the Son is the Son of the Essence', nay rather there is (a fallacy of the) *accident* there. For just as there does

not follow: ‘the Son is referred to That which is the Father, and this One is the Essence: therefore He is referred and/or distinguished by the Essence’: so (it is) also in the proposed (objection).

SCHOLION.

I. Quaestio haec est circa *principium quod* divinarum productionum, quod secundum fidem catholicam ipsae sunt divinae *personae* producentes. Conclusiones huius et primae quaestionis sequentis articuli sunt contra abbatem Iachim, cuius doctrina censurata est in Concilio Lateranensi IV. can. *de Fide catholica*, cap. Damnamus: «Nos autem, S. approbante Concilio, credimus et confitemur cum Petro (Lombardo), quod una quaedam res est incomprehensibilis quidem et ineffabilis . . . et illa res non est generans nec genita nec procedens ». — Hanc doctrinam catholicam Seraphicus gravissimis argumentis confirmat.

II. In solut. ad 1 distinguit S. Doctor duplicem diversitatem rationis in divinis secundum differentiam, quae est inter *habere diversas* proprietates et *habere vel non habere unam* eandemque proprietatem, de quo cfr. hic dub. 4. et infra dist. 19. p. II. a. 1. q. 2. ad 4. Affirmat etiam, alteram inducere distinctionem realem, alteram non. Tres enim sunt in divinis proprietates personales, scil. paternitas, filiatio et spiratio passiva, et *habere* distinctas has proprietates inducit realem personarum distinctionem; unde etiam una nequit predicari de alia. Sed diversitas rationis, quae exsurgit ex *habere aliquam* proprietatem et eandem *non habere*, non importat realem distinctionem. Essentia enim divina non habet proprietatem generandi, quam habet Pater; nihilominus paternitas et essentia divina non distinguitur realiter et possunt de se praedicari. Nec valet argumentatio (1. ad opp.), quod *habere* proprietatem et *non habere* sint contradictorie opposita, et quod exinde maiorem differentiam inducant inter personam et essentiam, quam quae est inter personas ad invicem. Nam bene distinguit S. Doctor inter contradictionem, cuius unum extremum nihil ponit (ut inter

SCHOLIUM

I. This question is about the *principle which* [principium quod] of the divine productions, which according to the Catholic Faith are themselves the Divine *Persons* producing. The conclusions of this and of the first question of the following article are against Abbot Joachim (di Fiore), whose doctrine was censured in the Fourth Lateran Council, in the canon *On the Catholic Faith*, chapter “We damn”: « Moreover We, with the Sacred Council approving, believe and confess with Peter (Lombard), that one certain Thing is indeed the incomprehensible and ineffable . . . and that Thing is not generating nor begotten nor proceeding ». — This Catholic Doctrine the Seraphic (Doctor) confirms with the most grave arguments.

In the solution to n. 1 the Seraphic Doctor distinguishes a twofold diversity of reckoning in divine (things) according to the difference, which there is between *having diverse* properties and *having and/or not having one* same property, concerning which cf. here, doubt 4 and below distinction 19, p. II, a. 1, q. 2, at n. 4. He also affirms, that one of the two induces a real distinction, the other does not. For among the divine there are three personal properties, that is, the paternity, the filiation and the passive spiration, and *having* these distinct properties induces a real distinction of persons; whence even one cannot be predicated of the other. But the diversity of reckoning, which rises forth from *having some* property and *not having* the same one, does not introduce a real distinction. For the Divine Essence does not have the property of generating, which the Father has; nevertheless the paternity and the Divine Essence are not really distinguished and they can be predicated of themselves. Neither is the argument (1. ad opp.) valid, that *to have* a property and *to not have* are contradictorily opposed, and that from this [exinde] they induce a greater difference between a Person and the Essence, than

aliquid et *nihil*) et illam contradictionem, cuius extrema aliquid ponunt. Si unum extremum nihil ponit, non potest verificari de aliquo termino positivo, bene tamen, si aliquid ponit. Insuper minima *ratoinis* distinctio sufficit ad hoc, ut contradictoria de distinctis dicantur. Sic terminus *incommunicabilis* verificatur de paternitate et praedicatur de ipsa, non de essentia, licet haec non realiter distinguatur a paternitate. Cfr. infr dist. 26. Q. 1. ad 2. et d. 34. q. 1 per totam et d. 33. q. 2. et S. Thom., hic q. 1. a. 1.

which is between each of the Persons themselves. For the Seraphic Doctor well distinguishes between contradiction, one extreme of which posits nothing (as among *something* and *nothing*) and that contradiction, the extreme of which posits something. If one extreme posits nothing, it cannot be verified of some positive term, however it can be [bene tamen], if it posits something. In addition the least distinction of *reckoning* is sufficient for this, that contradictories be said of distinct (things). Thus an *incommunicable* term is verified of the paternity and predicated of it, not of the Essence, though this is not really distinguished from the paternity. Cf. below distinction 26, q. 1, at n. 2, and d. 34, q. 1 throughout and d. 33, q. 2, and St. Thomas, here in q. 1, a. 1.

III. Prima opinio in solut. ad 2. posita, quae distinguit inter praedicationem secundum substantiam et secundum rationem, Praepositivi fuisse dicitur. Secunda opinio distinguit inter praedicationem per *identitatem* et per *inhaerentiam*, sive denominationem, quae a Scoto dicitur praedicatio formalis. De hac distinctione cfr. infra d. 33. q. 3. et d. 34. q. 2. Praedicatio *identica* fit per abstracta; praedicatio per *inhaerentiam* fit semper in concreto et ratione suppositi. Differunt hae praedicationes, tum quia abstractum eandem rem significat et supponit, concretum vero saepe aliam significat et pro alia supponit (supra, d. 4. q. 1); tum quia abstractum nomen imponitur formae et a forma denominatur, concretum vero non imponitur formae, sed supposito; tum quia identica omnimodam identitatem complectitur, praedicatio vero per inhaerentiam aliquam diversitatem. Unde falsa est ratiocinatio, quae transit a praedicatione identica ad alteram et ab abstracto ad concretum; et in hoc erravit abbas Ioachim, teste S. Thom. (S. I. q. 39. a. 5.). — In creatis locum non habere praedicationem identicam in proprio sensu, est sententia communis, si excipias Franciscum Mayronis.

III. The first opinion posited in the solution to n. 2, which distinguishes between predication according to substance and according to reckoning, is said to have belonged to Praepositivus. The second opinion distinguishes between the predication through *identity* and through *inherence*, or denomination, which is called “formal predication” by (Bl. John Duns) Scotus. Concerning this distinction cf. below in d. 33, q. 3 and d. 34, q. 2. *Identical* predication comes about [fit] through abstract (terms); predication through *inherence* comes about always in a concrete (term) and by reason of a supposit. These predications differ, both because an abstract (term) signifies and supposes the same thing, but the concrete (term) often signifies one (thing) and substitutes for another (see above d. 4, q. 1); and because an abstract noun is imposed upon a form and is denominated by a form, but a concrete (noun) is not imposed upon a form, but upon a supposit; and also because identical (predication) comprises every manner of identity, but predication through inherence (comprises) some diversity. Whence false is the reasoning, which passes from identical predication to the other and from an abstract (term) to a concrete one; and in this Abbot Joachim (of Fiore) erred, as St. Thomas testifies, (Summa., I, q. 39, a. 5). — That identical predication does not have a place among created things in a proper sense, is the common sentence, if you

except Francis Mayer.

IV. Quoad ipsam conclusionem cfr. supra d. 4. a. 1. in corp. — Alex. Hal., p. I. q. 49. m. 1. a. 4. (where he removes and solves 25 contrary arguments); q. 42. m. 3. a. 1. — Scot., hic q. 1. — S. Thom., hic q. 1. a. 1; S. I. q. 39. a. 5. — B. Albert., I. Sent. d. 4. a. 2. ad 1. quaesit.; S. p. I. tr. 7. q. 30. m. 3. a. 1. — Petr. a Tar., hic q. 1. a. 1. — Richard. a Med., hic q. 1. — Aegid. R., hic 1. princ. q. 2. a. 1. et 2. — Henr. Gand., S. a. 39. q. 3. n. 13; q. 4. n. 12. et a. 54. q. 3. n. 21 28. — Durand., hic q. 1. — Dionys. Carth., hic q. 1. — Biel, hic q. 1.

IV. In regard to the conclusion itself, cf. above d. 4, a. 1, in the body (of the question). — Alexander of Hales, Summa., p. I, q. 49, m. 1, a. 4 (where he removes and solves 25 contrary arguments); and q. 42, m. 3, a. 1. — (Bl. John Duns) Scotus, here in q. 1. — St. Thomas, here in q. 1, a. 1; Summa., I, q. 39, a. 5. — Bl. (now St.) Albertus (Ma gnus), Sent., Bk I, d. 4, a. 2, at the first question; Summa., p. I, tr. 7, q. 30, m. 3, a. 1. — (Bl.) Peter of Tarentaise, here in q. 1, a. 1. — Richard of Middleton, here in q. 1. — Giles the Roman, here 1, princ., q. 2, a. 1 and 2. — Henry of Ghent, Summa., a. 39, q. 3, n. 13; q. 4, n. 12, and a. 54, q. 3, nn. 21 & 28. — Durandus, here in q. 1. — (Bl.) Dionysius the Carthusian, here in q. 1. — (Gabriel) Biel, here in q. 1.

---

[1] Codd. O Z addunt *illud tamen habet veritatem, ubi subiectum praedicatur per inhaerentiam, non ubi praedicatur per identitatem. Illud*.
[2] Restituimus ex mss. et ed. 1 *quod*, et paulo infra substituimus *etsi* pro *si*. Cod. V dein post *non sit* adiungit *ibi*.
[3] Dist. 26. a. 1. q. 1. in corp. Triplex ille dicendi modus est: *essentialis, personalis, notionalis*. — Paulo infra post *ita* supplevimus fide mss. et ed. 1 non bene omissum *et*.
[4] Vat. contra codd. et ed. 1 addit *divina*. Paulo infra codd. T aa bb *suam relationem* loco *suam rem*; ed. 1 autem *suam rem, id est suam relationem sive*.
[5] Plures antiqui codd. ut A I T aa bb cum ed. 1 omittunt *se*.

[1] Codices O and Z add *that (principle), however, is true, where a subject is predicated through inherence, not where it is predicated through identity. That (principle)* etc. [illud tamen habet veritatem, ubi subiectum praedicatur per inhaerentiam, non ubi praedicatur per identitatem. Illud].
[2] We have restored from the manuscripts and edition 1 *that* [quod], and a little below this we have substituted *even if* [etsi] in place of *si* [if]. Then codex V inserts *There* [ibi] before *there is not* [non sit].
[3] Distinction 26, a. 1, q. 1 in the body. That threefold manner of speaking is: *the essential, the personal, the notional*. — A little below this after *thus* [ita], trusting in the manuscripts and edition 1, we have supplied the not well omitted *also* [et].
[4] The Vatican edition contrary to the codices and edition 1 has *the Divine Essence* [essentia divina]. A little below this codices T and aa and bb have *His relation* [suam relationem] in place of *His thing* [suam rem]; but edition 1 has *His thing, that is His relation and/or* [suam rem, id est suam relationem sive].
[5] Very many ancient codices such as A I T aa and bb together with edition 1 omit *Himself* [se].

Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

PRIMI LIBRI

COMMENTARIUS IN DISTINCTIONEM V.

ARTICULUS I.

Quaestio II.

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 114-116.
Cum Notitiis Originalibus.

QUAESTIO II.

Utrum concedenda sit locutio, quod Filius generetur de substantia Patris.

S**ECUNDO QUAERITUR**, utrum sit concedendum, quod aliquis generetur de substantia Patris, ut Filius. Et quod sic, videtur:

1. Per multas *auctoritates* in littera[6] et maxime per illam: *Dicitur quoque et frequenter in Scriptura legitur: Pater de sua substantia genuisse Filium*; sed Scriptura non dicit nisi verum nec frequentat nisi proprium: ergo praedictus sermo est vesus et proprius.

2. Item, *ratione* ostenditur sic: quicumque est ab aliquo[1] et est ei consubstantialis, est de eius substantia; sed Filius est a Patre et

[6] Hic c. 1. post medium.

Commentaries on the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

BOOK ONE

COMMENTARY ON DISTINCTION V

ARTICLE I

Question 2

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 114-116.
Notes by the Quaracchi Editors.

QUESTION 2

Whether there is to be conceded the saying, that the Son is generated from the Substance of the Father.

S**ECOND IT IS ASKED**, whether it must be conceded, that Someone is generated from the Substance of the Father, such as the Son. And it seems, that it is so:

1. Through the many *authorities* (quoted) in the text (of Master Peter)[6] and most of all through that (which is said): *It is also said, and frequently in Scripture it is read: that Father from His own Substance has begotten the Son*; but Scripture does not say except (what is) true nor does it do (anything) frequently [frequentat] except (what is) proper: therefore the aforesaid discourse is true and proper.

2. Likewise, it is shown *by reason* thus: whosoever is by [ab] someone[1] and is consubstantial to him, is from [de] his

[6] Here in ch. 1, in the second half.

p. 115

est ei consubstantialis: ergo est de eius substantia.

substance; but the Son is by the Father and is consubstantial to Him: therefore He is from His substance.

3. Item, Pater generat Filium: aut ergo de aliquo, aut de nihilo; non de nihilo, quia tunc esset creatura: ergo de aliquo;[2] non de aliquo alio a se; ergo de sui substantia.

3. Likewise, the Father generates the Son: therefore either from something [de aliquo], or from nothing; not from nothing, because then He would be a creature: therefore from something;[2] not from something other than Himself; therefore from His own substance.

4. Item, in inferioribus filius, qui habet partem substantiae a patre, dicitur esse de substantia patris: ergo multo fortius, qui habet totam substantiam, dicitur esse de substantia generantis: ergo haec est vera: Filius est de substantia Patris.

4. Likewise, among inferiors a son, who has part of (his) substance by the father, is said to be from the substance of the father: therefore much more strongly, he who has the whole substance, is said to be from the substance of the one generating: therefore this is true: 'the Son is from the Substance of the Father'.

Contra: 1. Praepositiones sunt transitivae,[3] et ubi transitio, ibi est distinctio et diversitas: ergo cum dicitur: Filius de substantia Patris, haec praepositio *de* notat distinctionem inter substantiam Patris et Filium: ergo cum nulla sit distinctio, quia Filus est substantia Patris, propositio praedicta est falsa. *Si dicas*, quod haec praepositio *de* cadit a generali significato praepositionum, retinens *speciale*: ergo est ibi soloecismus,[4] sicut si dicatur *sublime volat* pro *sublimiter*, quod stultum est dicere.

On the contrary: 1. Prepositions are transitive,[3] and where (there is) transition, there is distinction and diversity: therefore when there is said: "the Son (is) from the Substance of the Father", this preposition "*from*" [de] notes distinction between the Substance of the Father and the Son: therefore since there is no distinction, because the Son is the Substance of the Father, the aforesaid proposition is false. *If you say*, that this preposition "*from*" occurs from (that which is) generally signified by prepositions [significato praepositionum], being used in a *special* sense [retinens speciale]: therefore it is there a soloecism,[4] just as if one said "sublime does it fly" for "sublimely", which is a stupid (thing) to say.

2. Item, obiicitur de significato *speciali*. Haec praepositio *de*, prout accipitur specialiter, aliquando tenetur *materialiter*, ut cultellus de ferro; aliquando tenetur *ordinaliter*, ut de mane fit meridies, id est post mane; aliquando *originaliter*, ut si dicatur, radius de sole vel splendor de igne. Sed quocumque istorum modorum accipiatur, falsa est locutio; si *materialiter*, est falsa, quia Filus caret materia; si *ordinaliter*, falsa, quia sensus est, quod Filius sit post Patrem sive post substantiam Patris; si *originaliter*, similiter falsa quia tunc

2. Likewise, it is objected concerning (that which is) *specially* signified. This preposition "*from*" [de], insofar as it is accepted in a special manner, is sometimes had *materially*, as "a knife (made) from iron"; (and) is sometimes had *ordinally*, as "from morning midday is made", that is "after morning"; sometimes *originally*, as if one said, "a ray from the sun" and/or "the splendor from the fire". But in whatever of these manners it be accepted, the saying is false; if *materially*, it is false, because the Son lacks matter; if *ordinally*, (it is) false,

est sensus, quod Filius habeat ortum a substantia Patris; sed ista non admittitur: substantia Patris generat Filium: ergo est omni modo[5] falsa. *Si dicas*, quod nullo istorum modorum, sed tenetur quarto modo *substantialiter*; quaeritur, unde ortum habeat haec significatio et ubi consimiliter accipiatur;[6] et videtur quod hoc nihil sit, quia tunc haec esset vera: Pater est de substantia Filii, quam nemo concedit.

3. Item, hoc idem ostenditur sic: differt haec praepositio *de* et *a*: quia *a* proprie dicit habitudinem principii activi, sed haec praepositio *de* dicit habitudinem principii passivi; sed Deo et eius substantiae magis convenit ratio principii activi quam passivi: ergo haec est magis vera: Filius est *a* substantia Patris, quam *de*; sed haec non recipitur: ergo nec alia debet recipi.

4. Item, *de* aut dicit *identitatem* aut *diversitatem*; si *identitatem*: ergo cum summa identitas sit in essentia vel substantia, haec erit vera: substantia[7] de substantia, quam negat Magister; si diversitatem; sed non distinguitur substantia Patris a Filio, quia Filius est ipsa substantia Patris: ergo omnino est falsa.

CONCLUSIO.

Concedendum est, Filium generari de substantia Patris.

Respondeo: Dicendum, quod praedicta locutio est concedenda.

Et ad intelligentiam praedictorum[8] notandum, quod praeter praedictos tres modos, quibus haec praepositio *de*

because the sense is, that the Son is after the Father or after the substance of the Father; if *originally*, (it is) similarly false because then the sense is, that the Son has arisen away from [a] the Substance of the Father; but this (saying) is not admitted: "the Substance of the Father generates the Son": therefore it is in every manner[5] false. *If you say*, that (it is held) in none of those manners, but rather it is held in a fourth manner *substantially*; it is asked, "Whence has arisen this signification and where is it accepted in a completely similar manner [consimiliter]?";[6] and it seems that this is nothing, because then this would be true: "the Father is from the Substance of the Son", which no one concedes.

3. Likewise, this same is shown thus: this preposition "*from*" [de] is different and (so is) "*by*" [a]: because "*by*" properly means the habitude of an active principle, but this preposition "*from*" means the habitude of a passive principle; but to God and to His Substance the reckoning of an active principle it is more fitting [convenit] than of a passive one: therefore this is more true: "the Son is *by* the Substance of the Father", than "*from*"; but this (saying) is not received: therefore neither ought the other be received.

4. Likewise, "*from*" either means *identity* or *diversity*; if *identity*: therefore since there is a most high identity in the Essence and/or Substance, this will be true: "Substance[7] from Substance", which Master (Peter) denies; if (it means) a diversity; but the Substance of the Father is not distinguished from the Son, because the Son is the Substance itself of the Father: therefore it is entirely false.

CONCLUSION

It must be conceded, that the Son is generated from the Substance of the Father.

I **respond**: that it must be said, that the aforesaid saying is to be conceded.

And for an understanding of the aforesaid[8] it must be noted, that besides the aforesaid three manners, by which this preposition

accipitur, quarto modo etiam potest accipi, scilicet *substantialiter*, ut dicat substantialem convenientiam inter extrema; sed hac nunquam pure dicit, cum sit praepositio et importet aliquam habitudinem et respectum ad extrema. Si enim tantum substantialiter teneretur;[9] sicut dicitur: filius de substantia patris, ita diceretur: pater de substantia filii; quod absonum est.

"*from*" [de] is accepted, it can also be accepted in a fourth manner, that is *substantially*, to mean a substantial fittingness [convenientiam] between extremes; but it never purely means this, since it is a preposition and it introduces some habitude and regard [respectum] for extremes. For if it were only held substantially;[9] just as there is said: "a son (is) from the substance of a father", it would thus mean: 'a father of the substance of the son'; which sounds awry [absonum est].

Propterea notandum, quod *substantialiter* accipi consuevit tripliciter. *Aliquando* accipitur substantialiter et partialiter, ut cum dicitur, quod partes sunt de toto sive de substantia totius, ut urceus vini de dolio. *Aliquando* accipitur substantialiter et ordinaliter, ut cum dicitur: de pane fit corpus Christi; ibi enim est *ordo*, quia substantia panis non manet in corpore Christi, sicut nec mane in meridie; sed ulterius *substantialiter*, quia substantia panis transit in substantiam corporis Christi. *Aliquando* accipitur[10] substantialiter et originaliter, ut cum dicitur: Filius de substantia Patris; ratione ablativi tenetur substantialiter, ratione genitivi originaliter: et ideo importat aliquam distinctionem Filli ad Patrem, non ad eius substantiam, et ita praepositio tenet ibi generale significatum et speciale.

Moreover it must be noted, that *substantially* is accustomed to be accepted in a threefold manner. *Sometimes* it is accepted substantially and partially, as when it is said, that parts are from the whole or from the substance of the whole, as "a jug of wine from the cask". *Sometimes* it is accepted substantially and ordinally, as when there is said: "from bread the Body of Christ is made" for in this [ibi] there is an *order*, because the substance of the bread does not remain [manet] in the Body of Christ, just as neither the morning in the midday; but furthermore *substantially*, because the substance of the bread passes over into the substance of the Body of Christ. *Sometimes* it is accepted[10] substantially and originally, as when there is said: "the Son from the Substance of the Father"; by reason of the ablative it is held substantially, by reason of the genitive originally: and for that reason it conveys [importat] some distinction of the Son towards the Father, not towards His Substance, and thus the preposition holds there a general and special significance [significatum].

1. 2. Et sic patet responsio ad primum argumentum et secundum. Tamen quod dicitur, quod / praepositiones sunt transitivae, . . .

1. 2. And thus is clear the response to the first and second argument. However because it is said, that / prepositions are transitive, . . .

[1] Ex fere omnibus codd. et ed. 1 substituimus *aliquo* pro *alio*.
[2] Vat. contra plurimos codd. et ed. 1 addit *et*, pro quo cod. A melius habet *sed*.
[3] [trans. nota: Hic textus criticalis legit *Propositiones*, tamen ex nn. 1 et 2 responsionis atque I. Scholionis, magis debet legere *Praepositiones*; quidem hic legitur, ut propositio maior istius argumenti sit, sed minor est *haec praepositio*, ergo etc.] Cfr. Priscian, XIV Grammat. c. 1. et seqq. — Mox post *ibi* Vat. habet *etiam est* loco *et*. Paulo infra ed. 1 verbo *nulla* praemittit satis bene

[1] From nearly all the codices and edition 1 we have substituted *something* [aliquo] for *an other* [alio].
[2] The Vatican edition, contrary to very many codices and edition 1, adds *and* [et], in place of which codex A has the better *but* [sed].
[3] [trans. note: Here the Quarrachi text has *The propositions* [Propositiones], however it appears here from nn. 1 & 2 of the response, as well as from I. of the Scholium, that it should rather be read as *Prepositions* [Praepositiones]; indeed as it reads, it is the major proposition of the argument, the minor of which is *this preposition*: ergo etc..] Cf. Priscian,

in substantia.
[4] Priscian., XV. Grammat. c. 1: Nam si (ordinatio partium orationis) incongrua sit, soloecismum faciet, quasi elementis orationis inconcinne coeuntibus.
[5] Plures codd. ut A F H K T Y etc. cum ed. 1 *omni modo*, Vat. *omnino*. — Similia habet Aristot., V. Metaph. text. 29. (IV. 24.) de praepositione *ex*. — Paulo infra nonnulli codd. ut K V W X post *modorum* addunt *tenetur*.
[6] Vat. contra mss. et ed. 1 *similiter accipitur*.
[7] Vat. praeter fidem mss. et ed. 1 addit *est*. Textum Magistri vide in lit. c. 1 et 2. circa finem.
[8] Aliqui codd. ut T V addunt *est*.
[9] Vat., obnitentibus mss. et ed. 1, minus bene *tenetur*.
[10] Substituimus ex codd. et ed. 1 *accipitur* pro *dicitur*. Paulo infra post *Filius* cod. V addit *est*.

Grammer, Bk. XIV, ch. 1 ff.. — Then after *there* [ibi] the Vatican edition has *also is* in place of *and* [et]. A little below this edition 1 prefaces the word *no* [nulla] with *in the Substance* [in substantia], well enough.
[4] Priscian, Grammar, ch. 1: For if (the ordering of the parts of an oration) be incongruous, it causes a solecism, as if the elements of the oration were arranged [coeuntibus] in an awkward manner.
[5] Very many codices, such as A F H K T Y etc., together with edition 1 have *in every manner* [omni modo], the Vatican edition has *entirely* [omnino]. — Aristotle has similar (sayings), Metaphysics, Bk. V, text 29 (Bk. IV, 24) concerning the preposition *out of* [ex]. — A little below this not a few codices, such as K V W and X, after *manners* [modorum] add *is it held* [tenetur].
[6] The Vatican edition contrary to the manuscripts and edition 1 has *is it accepted in a similar manner* [similiter accipitur].
[7] The Vatican edition not trusting in the manuscripts and edition 1 adds *is* [est]. See the text of Master (Peter) above in ch. 1 and 2, near the end.
[8] Some codices such as T and V have explicitly *it must be noted* [est notandum] for *it must be noted* [notandum].
[9] The Vatican edition, disagreeing with the manuscripts and edition 1, has the less well *is held* [tenetur].
[10] We have substituted from the codices and edition 1 *it is accepted* [accipitur] for *it is said* [dicitur]. A little below this after *the Son* [Filius] codex V adds *is* [est].

---

p. 116

praepositiones sunt transitivae, non intelligitur, quod notent ex hoc diversitatem necessario; sed sicut dicitur, quod obliqui[1] sunt transitivi quantum ad modum; quia transitive construuntur cum verbis, ut, video me; similiter hoc de praepositionibus dicitur, quae[2] cum obliquis construuntur.

prepositions are transitive, it is not understood, that from this they necessarily note a diversity; but just as it is said, that oblique (cases)[1] are transitive as much as regards manner; because they are transitively constructed with words, as, "I see myself"; similarly this is said of prepositions, which[2] are constructed with oblique (cases).

3. Patet etiam tertium, quod *de* non tantum dicit habitudinem principii passivi nec tantum habitudinem principii activi, sed habitudinem consubstantialem cum habitudine originis; quod non facit haec praepositio *a*; et ideo non est simile.

3. Clear also is the third, because "*from*" not only means the habitude of a passive principle nor only the habitude of an active principle, but rather a consubstantial habitude together with the habitude of an origin; which this preposition "*by*" [a] does not do; and for that reason it is not similar.

4. Ad illud quod ultimo obiicitur, patet responsio, quia *de*[3] non dicit ibi penitus identitatem nec diversitatem, sed consubstantialitatem cum habitudine

4. To that which is objected last, the response is clear, because "from"[3] does not mean that (there is) a thorough [penitus] identity There and not a diversity, but rather

originis.

a consubstantiality with a habitude of an origin.

SCHOLION.

I. Pro intelligentia aliquorum terminorum in solut. ad 1. et alibi occurentium haec ex antiquis grammaticis notamus.

1. Duplex distinguebatur constructio *transitiva*, scil. tum *actuum* tum *personarum*. In prima constructibile dependens per modum actus significat, ut in verbis transitivis, v. g. lego librum; secunda vero est, in qua constructibile dependens per modum substantiae significat. Haec fit vel per casus obliquos (v. g. filius Socratis; similis Ciceroni) vel etiam per praepositiones, quae inde vocantur transitivae. Vide Scotum, Grammatica speculativa c. 46. usque 51., de hoc subtiliter disputantem.

2. Constructio *transitiva* secundum antiquam definitionem est illa, in qua constructibilia pertinent ad diversa vel videntur pertinere ad diversa; *intransitiva* vero est ea, in qua constructibilia pertinent ad idem vel saltem ad idem videntur pertinere.

3. Quomodo casus grammaticales sint transitivi quantum ad modum significandi, late Scot. explicat ibid. c. 19.

4. Ipse S. Bonav. infra d. 37. p. I. dub. 2. docet, quod praepositiones non notent necessario diversitatem.

Ampliorem expositionem et applicationem huius solutionis exhibent Alex. Hal., S. p. I. q. 42. m. 4. a. 2. ad 3, et Richard. a Med., hic q. 3. ad 1.

II. In conclusione doctores conveniunt. Cfr. Alex. et Richard. locc. citt. — Scot., hic q. 2. — S. Thom., hic q. 2. a. 1; S. I. q. 41. a. 3. — B. Albert., I. Sent. d. 4. a. 2. ad 1; S. p. I. tr. 7. q. 30. m. 3. a. 2. p. 3. — Petr. a Tar., hic q. 3. a. 1. — Aegid. R., hic 2. princ. q. 1. — Henr. Gand., S. a. 54. q. 3. n. 53. seqq. — Durand., hic q. 2. — Dionys. Carth., hic q. 2. — Biel, hic q. 2.

SCHOLIUM

I. For an understanding of some of the terms occurring in the solution to n. 1 and elsewhere, we note these (points) of ancient grammar.

1. A twofold *transitive* construction used to be distinguished, that is both *of acts* as well as *of persons*. In the first the dependent constructible signifies through a manner of acting, as in transitive words, e. g. "I read a book"; but the second is, in which the dependent constructible signifies through a manner of substance. This is accomplished through oblique cases (e.g. "the son of Socrates"; "a similar to Cicero") and/or even through prepositions, which are thence called transitive. See (Bl. John Duns) Scotus, Speculative Grammar, ch. 46-51, who disputes this point subtly.

2. A *transitive* construction according to the ancient definition is that, in which the constructibles pertain to diverse (things) and/or seem to pertain to diverse (things); but an *intransitive* (construction) is that, in which the constructibles pertain to the same (thing) and/or at least seem to pertain to the same (thing).

3. In what manner grammatical cases are transitive as much as regards (their) manner of signifying, (Bl. John Duns) Scotus explains at length, ibid., ch. 19.

4. St. Bonaventure himself below in d. 37, p. I, doubt 2, teaches, that prepositions do not necessarily note a diversity.

A more ample exposition and application of this solution is exhibited by Alexander of Hales, Summa., p. I, q. 42, m. 4, a. 2, at n. 3, and by Richard of Middleton, here in q. 3, at n. 1.

II. The doctors agree on the conclusion. Cf. Alexander and Richard locc. citt.. — (Bl. John Duns) Scotus, here in q. 2. — St. Thomas, here in q. 2, a. 1; Summa., I, q. 41, a. 3. — Bl. (now St.) Albertus (Magnus), Sent., Bk. I, d. 4. a. 2, at n. 1; Summa., p. I, tr. 7, q. 30, m. 3, a. 2, p. 3. — (Bl.) Peter of Tarentaise, here in q. 3, a. 1. — Giles the Roman, here in the 2nd princ. of q. 1. — Henry of Ghent, Summa., a. 54, q. 3, n. 53 ff.. — Durandus, here in q. 2. — (Bl.) Dionysius the Carthusian, here in q. 2. —

(Gabriel) Biel, here in q. 2.

[1] Supple: casus. — Paulo infra plures codd. ut A C F G H K L O R S V X etc. cum edd. 2, 3, 4, 5, 6 *videt me* pro *video me*, sed non bene.
[2] Vat. praeter fidem antiquiorum mss. et ed. 1 adiungit *etiam*. Cod. H *quia* loco *quae*.
[3] Vat. ponit *quod* loco *quia* et omittit *de*, sed contra mss. et ed. 1.

[1] Supply: cases. — A little below this very many codices, such as A C F G H K L O R S V X etc. ,together with editions 2, 3, 4, 5 and 6 read "*he sees me*" in place of "*I see myself*", but not well.
[2] The Vatican edition not trusting the more ancient manuscripts and edition 1 adjoins *also* [etiam]. Codex H has *because they* [quia] in place of *which* [quae].
[3] The Vatican edition puts *that* [quod] in place of *because* [quia] and omits *from* [de], but contrary to the manuscripts and edition 1.

S. Bonaventurae Bagnoregis
S. R. E. Episc. Card. Albae
atque Doctor Ecclesiae Universalis

Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

PRIMI LIBRI

COMMENTARIUS IN DISTINCTIONEM V.

ARTICULUS II.

Quaestio I.

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 116-118.
Cum Notitiis Originalibus

St. Bonaventure of Bagnoregio
Cardinal Bishop of Alba
& Doctor of the Church

Commentaries on the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

BOOK ONE

COMMENTARY ON DISTINCTION V

ARTICLE II

Question 1

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 116-118.
Notes by the Quaracchi Editors.

ARTICULUS II.

De comparatione generationis ad essentiam in ratione termini.

Consequenter circa secundum articulum huius quaestionis, qui est perthis comparationem generationis ad essentiam

ARTICLE II

On the comparison of generation to essence in the reckoning of a term.

Consequently about the second article of question, which is through the comparison of generation to essence in the

in ratione *termini*, duo quaeruntur.

Primo quaeritur, utrum substantia sive essentia generetur.

Secundo, utrum per generationem communicetur.

reckoning of a *term*, two (questions) are asked.

First there is asked, whether a substance or an essence is generated.

Secondly, whether it is communicated through generation.

QUAESTIO I.

Utrum substantia sive essentia generetur.

QUAESTIO 1

Whether a substance or an essence is generated.

QUOD AUTEM substantia generetur, sic obiicitur.[4]

1. Generatio in inferioribus est motus ad substantiam;[5] quod *motus* est, hoc est imperfectionis, quod *ad substantiam* est, hoc est perfectionis; si ergo quod est perfectionis est transferendum ad divina: ergo et generatio terminatur ad essentiam.

2. Item, generatio in divinis terminatur: aut ergo ad substantiam, aut ad accidens, quia omne ens est substantia, vel accidens;[6] sed in divinis non terminatur ad accidens, cum non sit ibi: ergo ad substantiam. *Si dicas*, quod in divinis, quamvis non sit accidens, est tamen relatio, quae distinguitur ad substantia; tunc arguitur sic: aut generatio terminabitur *ad substantiam*, aut *ad relationem*; sed non ad relationem, quia in *ad aliquid* per se non est origo, nec terminatur productio:[7] ergo terminatur ad substantiam: ergo substantia generatur.

3. Item, sicut dicit Philosophus:[8] « Motis nobis, moventur ea quae in nobis sunt, et corruptis nobis, corrumpuntur ea quae in nobis sunt »; et hoc est,

MOREOVER THAT a substance is generated, is objected in this manner.[4]

1. Generation among inferiors is a movement [motus] towards substance;[5] because what is *movement*, belongs to imperfection, what is *towards substance*, belongs to perfection; therefore if what belongs to perfection must be transferred to the divine: therefore even generation is terminated at an essence.

2. Likewise, generation among the divine is terminated: therefore either at a substance, or at an accident, because every being [ens] is a substance, and/or an accident;[6] but among the divine it is not terminated at an accident, since (this) is not There: therefore at a substance. *If you say*, that among the divine, although there is not an accident, there is however a relation, which is distinguished regarding the Substance; then it is argued thus: either generation will be terminated *at a substance*, or *at a relation*, because *at something* per se is not an origin, nor is the production terminated:[7] therefore it is terminated at a substance: therefore a substance is generated.

3. Likewise, as the Philosopher says:[8] « With us moved, there are moved those things which are in us, and with us corrupted, there are corrupted those thing which are in us »; and this is,

---

[4] Cod. H *ostenditur*.

[5] Propositio haec quoad sensum invenitur in Aristot., V. Phys. text. 7. (c. 1.): Quae (mutatio) vero ex non esse simpliciter in substantiam est, generatio simpliciter est. Cfr. etiam I. de Gener. et corrupt. text. 11-18. (c. 3.).

[6] Cfr. Aristot., de Praedicam. c. de Complexis et de Substantia; I. Phys. text. 26-30 (c. 3.); V. Metaph. text. seqq. (IV. c. 7.).

[7] Aristot., V. Phys. text. 10 (c. 2.): Neque etiam in ad aliquid (est motus). — Paulo ante aliqui codd. ut A I T bb *arguetur* loco *arguitur*. In fine argumenti post

[4] Codex H reads *shown* [ostenditur].

[5] This proposition according to its sense is found in Aristotle, Physics, Bk. V, text 7 (ch. 1): That (change), however, which is from non-being [ex non esse] simply into a substance, is simply generation. Cf. also On Generation and Corruption, Bk. I, texts 11-18 (ch. 3).

[6] Cf. Aristotle, On Predicaments, ch. "On Composites and on Substance"; Physics, Bk. I, texts 26-30 (ch. 3); Metaphysics, Bk. V, text 13 ff. (Bk. IV, ch. 7).

[7] Aristotle, Physics, Bk. V, text 10 (ch. 2): Nor (is) there even (a movement) unto "toward something".

substantiam cod. I addit *sed illud, ad quod terminatur generatio, illud generatur*.

[8] Aristot., II. Topic. c. 3. (c. 7), in quo textu mss. cum sex primis edd. *moventibus* pro *motis* (□□□□□□□□□□); idem recurrit infra d. 8. p. I. a. 2. q. 2. ad 3. et d. 37. p. II. a. 1. obiect. 3. Alteram propositionis partem invenies in Aristot., de Longit. et brevit. vitae, c. 2 his verbis: Corruptis (□□□□□□□□□□□□) enim animalibus, corrumpuntur et scientia et sanitas, quae in animalibus. — Rationem huic propositioni additam innuit Arist., II. Topic. loc. cit. et fusius probat VII. Metaph. text. 35. et 45. seqq. (VI. 10. et 13.). Post *corrumpuntur* codd. V X addunt *omnia* et cod. K *idem esse* adiungit *et eandem essentiam*.

— A little before this some codices, such as A I T and bb, have *it would be argued* [arguetur] in place of *it is argued* [arguitur]. At the end of the argument after *at a substance* [substantiam] codex I adds *but that, at which generation is terminated, that is generated* [sed ilud, ad quod terminator generation, illud generatur].

[8] Aristotle, Topics, Bk. II, ch. 3 (ch. 7), in which text the manuscripts together with the six first editions have *being moved* [moventibus] in place of *moved* [motis] (□□□□□□□□□□); the same recurs below in d. 8, p. I, a. 2, q. 2, at n. 3, and in d. 37, p. II, a. 1, objection 3. You will find the other part of the proposition in Aristotle, On the Longevity and Brevity of Life, ch. 2, in these words: For with animals corrupted (□□□□□□□□□□□□), there is corrupted both the knowledge and health, which (was) in the animals. — Aristotle hints at an additional reason for this proposition in Topics, Bk. II, loc. cit. and he proves it more fully in Metaphysics, Bk. VII, texts 35 and 45 ff (Bk. VI, 10 and 13). After *there are corrupted* [corrumpuntuer] codices V and X adds *all* [omnia] and codex K after *to be the same* [idem esse: on the following page] adjoins *and the same essence* [et eandem essentiam].

---

p. 117

quia universale habet idem esse cum singulari: ergo cum multo magis sit eadem substantia cum persona, et substantia sit in persona, si persona generatur, et substantia.

because a universal has to be the same with the singular: therefore since much more is the Substance the same with a Person, and the Substance is in a Person, if a Person is generated, (so) also the Substance.

